

7.

Brit. Mus. Cott. Vitellius E XIII fol. 257c. (1169 Dez.?).

Idem Trundensi archiepiscopo.

[P]eruenit ad nos, quod bone memorie quon[d]am Asloensis episcopus¹⁾ in quadam parte parrochie sue a quibusdam perditionis filiis fuit crudeliter interemptus. Vnde licet tam piaculare flagitium grauissima sit animaduersione plectendum, nos tamen postulatione tua inducti deuotioni tue auctoritate apostolica [indulge]mus, ut in Asloensi^{a)} ecclesia episcopum ualeas ad honorem Dei et ecclesie ordinare, ita quidem ut illa pars episcopatus, ubi tantum sacrilegium habuit exordium, pontificali presentia perpetuo debeat carere et diocesani episcopi procuratio, que illum de iure contingit, necnon^{b)} et pium^{c)} consignandi ad alias partes eiusdem diocesis pro ipsius episcopi arbitrio deferantur. Miramur autem quod tamen nec sufficimus admirari quod karissimus in Christo filius noster illustris Norweie rex tam horrendum scelus secundum collatam^{d)} sibi a domino potestatem distulit uindicare.

8.

Brit. Mus. Cott. Vitellius E XIII fol. 265a.

(Benevent 1169) Dez. 10.

Alexander [III.] Trundensi archiepiscopo, apostolice^{e)} sedis legato, et eius suffraganeis.

[§ 1] Audiuimus quod in partibus uestris per igniti ferri examinationem iudicia fieri sepius consueuerunt, que tamen ecclesia Romana, quoniam contra sacros canones esse noscuntur, nequaquam admittit. Verumtamen nos huiusmodi nulla-

^{a)} allocensi. ^{b)} Lesung unsicher. ^{c)} So steht deutlich in der Hs., muß aber verschrieben sein. Consignare kommt als Sachausdruck für Firmen vor (vgl. Ducange s. v.); es fehlt ein Subjekt, das zusammen mit procuratio den Plural deferantur erforderlich macht, also priuilegium (Vorlage: pium?) oder wahrscheinlicher potestatem oder officium, welche beide aber die Verlesung zu pium schwer erklären. ^{d)} collectam. ^{e)} fehlt.

¹⁾ Offenbar der Bischof Thorstein von Oslo, der 1169 gestorben sein soll; vgl. S. 365 Anm. 3.